




OTTONIS  
TACHENII  
HIPPOCRATES  
CHYMICVS.



*Occasio scribendi.*

CAPUT PRIMUM.



Am ardua omnium  
scientiarum perfecta  
est cognitio, ut prius  
tota hominis vita de-  
ficiat, quam vel vnius disciplinæ  
radicalem rationem, quæ dispu-  
tabilis non foret, ex libris tantum  
chartaceis a investigare quea-  
mus. Socrates cum omnes fermè  
disciplinas sic perscrutatus esset,

Tantum  
scit homo,  
quantum  
ipsi operari-  
do mente  
ac manu  
cerie inno-  
tuit.

a Non sune  
tamen re-  
sciendi.

A

2 Ottonis Tachenij

tunc primū ab oraculo sapi-  
entissimus omnium iudicatus  
est , cum se nihil scire palam  
fateretur: quod mihi hic videtur

<sup>b</sup> Cap. 8.  
<sup>v. 17.</sup>

Ecclesiastes confirmare,<sup>b</sup> Intelle-  
xi , inquit , quod omnium ope-  
rum Dei , nullam possit homo  
inuenire rationem eorum , qua  
sunt sub sole : & quantò plus  
laborauerit ad querendum , tantò  
minus inveniat , etiamsi dixerit  
sapiens se nosse , non poterit re-  
perire. Hanc sciendi difficulta-  
tem cognouit etiam diuinus Hip-

<sup>c</sup> In Epist. pocrates c in nostra medicina ,  
ut eam veritus non sit Demo-  
crito per literas ingenuè conser-  
teri : Nequè enim quantumvis ,  
inquit , iam senex , ad artis me-  
dicæ summam pernenti , & idem :

<sup>d</sup> Aph. 1.

d vitam nimis breuem , pro vni-  
ca saltem scientia ex fundamen-  
to addiscenda agnouit. Hiac  
permotus est e ut honorari atque  
laudari iussit omnes , qui inue-  
stigare conati sunt sapientis Na-  
ture arcana opera , addiisque quod  
imperito vilis aliquis ipsorum

<sup>e</sup> l. 1. de  
dicia.

*Hippocrates Chymicus.* 3  
reprehendatur, propterea quod hac  
inuenire non potuerit. Aliter sentit  
scriptor, qui Augustanam phar-  
macopœam reformauit; is liber  
excusus Goudæ, apud Guiliel-  
mum Verhoeuen, Anno Domini  
1653. Huius libri occasione,  
elapsis hisce diebus, Amicus  
meus spectatissimus Ioannes De  
La Nou bibliopola celeberrimus  
vrbis petijt à me vtrum operæ  
preium iudicarem, vt hic prælo  
subijceretur? &c. Ego quidem  
titulum audiueram, at scriptum  
haec tenus non videram, otij enim  
tanti non fui, vt in similibus  
tempus fallerem; hac occasione,  
inquam, succisiuis horis dictum  
volumen non sine admiratione  
euolvi, & in hoc prauam illam  
notaui consuetudinem, quibus  
dam admodum familiarem &  
contra Hippocratis decretum,  
vt quicquid probè quisquam ma-  
gno labore & studio inuenierit,  
posteritati & publico bono scrip-  
tis tradiderit, illud statim, non  
quidem ratione & experientiâ,

A ij

4     *Ottonis Tachenij*  
sed monstruosis calumnijs & con-  
vitijs apud ignarum vulgus tra-  
ducant, lacerent & vilipendant,  
vt famam aliquam ( Herostato  
similes ) ex alieni nominis ruinâ  
aucupari possint. His vestigijs  
incedit etiam Reformator Au-  
gustanæ pharmacopœæ, qui non  
solum in Veteres, sed etiam in  
Modernos Hippocratis & Galeni  
sequaces ita debacchatur, vt nul-  
lum ferè conuitium excogitari  
possit, quo hos non aspergat:  
quem cum olim perficiendi mo-  
dum viperini salis sub metapho-  
ra docuisse ( apertè negasse )  
nunc pro fupo proclamat, imò  
*imposturam impedire* ait, ne pu-  
blici iuris fiat, &c. a. Ego inge-  
nuè fateor, quod Reformator  
hic saltem verum dicit, nam  
quicquid medicos olim laboris  
amantes illustres reddidit, illud  
ipsum impostores dolosè adulte-  
rant; hostimuit meus Hippocra-  
tes, ea de causa medicamen-  
tum antipestilentiale, quô diui-  
nos sibi acquisiuit honores sub-

*z Pharmac.*  
fol. 147.

*Hippocrates Chymicus.* 5  
ticuit ; cuius ope adeò feliciter  
& securè pestem curauerat , vt  
testantur epistolæ.

Impostores timuit Paracelsus,  
qui insanabilia corporis conta-  
gia mirificâ arte sustulit , vt sa-  
nat epitaphium , quod Salisbur-  
gi in Nolocomio apud San Se-  
bastianum lapidi insculptum spe-  
ctatur.

Imposturam timuit nostris tem-  
poribus Lazarus Riuarius , qua  
de causa Febrifugum sub meta-  
phora edidit.

Sic prudentissimè abscondit  
Van-Helmont liquorem , quem  
cum Paracelso corrupto nomine  
Alcahest appellat , qui tamen ab  
impostoribus tutus non est , quin  
pro eo , à Resformatore acetum  
substituitur *a hinc malo meoedo-*  
*ctus* , mei pædagogus factus a  
nimo reuolvisæpius istud Eschen  
revteri ad Gratarolum : *Leuori*  
*iure scis Bononiæ latam senten-*  
*tiam* , eum proditorem patriæ ap-  
pellatum , & furcâ dignum procla-  
matum , qui primus filatorium

*a In appen-*  
*dice fol. 72-*

A sij

6 Ottonis Tachenij

(est machina quâ seta bombicina fusis artificiosis in fila trahitur) in Germania Tridenti scilicet preparavit.

Vnde non sine causa timidulus, ne præ torpore & ignavia mea ad manus impostorum dimanaret, abscondi hactenus quod medicum nobilitat, & præcipue ne dignus atque indignus eandem subitent sortem: importuna autem Reformatoris efflagitatio a effecit, vt ex magno experimentorum & observationum mearum cumulo exasperem, quæ (vt dicitur) mihi cancerem, inque meum ipsius vsum destinaram, ad publicam utilitatem nunc profero: seruato tamen Hermetis præcepto b quod nimis sapientia Autoris maior debeat esse suo libro. Fatum autem ineuitabile, quô trahit eundum.

a Pharm.  
487.

b Libro ra-  
diuum.

soli illi  
docent qui  
per causas  
& principia  
certa do-  
cent.

Nunc vero hunc laborem assumo libentius, quo errantibus viam rectam demonstrem, & in eandem, si forte aberrauerint

*Hippocrates Chymicus.* 7

reuocem, ut etiam qui hanc ar-  
tem hactenus persecuti, errores aliquando emendent, ac sapere incipient; ut & qui eam exercent, naturæ fundamentis firmatam intellexerint, ut ab impostorum & sophistarum dolis & fraudibus in futurum tuti sint. In hoc autem labore potius causæ veritatem, quam locutionis ornatum quæsiui; veritatis enim sermo, ait Euripides, simplex existit, nec interest in dicendis veris, quali sermone vtamur; præser-  
tim quod Cicero eloquentiam in Philosopho non desiderat, multò minus Celsus eam in Me-  
dico, nam cum de re agitur, in-  
quit Plato, frustâ elegantiam aut ruditatem verborum atten-  
dimus; saltem ut rebus & do-  
ctrinæ satisfiat. Nec in amoënas disputationes, aut odiosas alter-  
cationes me diffudi, sed quic-  
quid sensibus occultius se obtulit,  
illud experientiâ duce, vestibus spoliaui, & veritatem rerum planè nudam ante oculos conspi-

*Arist. in  
proæmio me-  
taphysico-  
rum.*

*Iustam ad  
causam,  
tria verba  
sufficiunt,  
aet Pinda-  
rus.*

¶ Ottonis Tachenij

cientium exposui ; adeò ut singularis omnino omnibus innoteſcat : hæc bræuitatem optat , non disputat ; atque hoc seruauit.

Huc ergo adeste veritatis amatores , vos admiranda & iucunda vestris oculis aspicietis , & manibus tractabitis , quæ absconsa & occulta à sensibus & cognitione hactenus stetere . Nunc ipsum opus aggrediendum .



Qui nimium properat , seriūs  
absoluit .

C A P V T . I .

**R**eformator incipit elato ſu-  
percilio . Nunc , ait , a nos  
convertimus ad examinandum  
ſalem Theriacalem antiquorum ,  
cuius preparatio tam infantilis  
& absurdă est , ut nullibi veterum  
simplicitas dilucidius atque  
in illo appareat , &c. paulo post :  
*animalia duntaxat gaudent ſale-*

a Pharmac.  
fol. 481.

Difficiles  
aditus om-  
nis impe-  
nis habet.